alium esse mundum penitus ignorabant, admiratione Scythiae stupefacti, ut erant sollertes iter illud ostensum divinitus crediderunt, et ad suos in Maeotidem revertentes, gestum, prout evenerat, retulerunt, et terras Scythiae laudaverunt. Et contínuo Hunnorum exercitus paludibus procreatus, Scythiam adiverunt, et quoscumque in principio invenerunt, suae victoriae litaverunt, et ingentem paludem Scythiae transierunt. Alpizuros, Lizuros, Iumaros, Boiscos [Tol. et Compl. *Ytimaros;* Al. mss. *Tucarsos Boyscos]*, qui in ripa paludis Scythiae insidebant, quasi cum turbine rapuerunt. Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitate, victu, formaque dissimiles, frequenti certamine subiugarunt». Y Jornandes, cap. XXIV, pág. 203 a-b: «Nam hos [i. e. *hunni]*, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus. Filimer Rex Gothorum, et Gaudarici magni filius, post egressum Scanziae insulae jam quinto loco tenens principatum Getarum, qui et terras Scythicas cum sua gente introisset, sicut a nobis dictum est, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Aliorumnas is ipse cognominat, easque habens suspectas; de medio sui proturbat, longeque ab exercitu suo fugatas, in solitudine coëgit terrae. Quas spiritus immundi per eremum vagantes dum vidissent, et earum se complexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum edidere: quod fuit primum inter paludes minutum, tetrum, atque exile, quasi hominum genus, nec alia voce natum, nisi quae humani sermonis imaginem assignabant... Quorum natio saeva, ut Priscus historicus refert, in Maeotide palude ulteriorem ripam insedit, venatione tantum, nec alio labore experta, nisi quod postquam crevisset in populos, fraudibus, et rapinis vicinam gentem conturbavit. Hujus ergo (ut assolant venatores) dum in ulteriori Maeotidis ripa venationes inquirunt, animadvertunt quomodo ex improviso cerva se illis obtulit, ingressaque palude, nunc progrediens, nunc subsistens, indicem se viae tribuit, quam secuti venatores paludem Maeotidem, quam imperviam ut pelagus existimabant, pedibus transiere. Mox quoque ut Scythica terra ignotis apparuit, cerva disparuit. Quod credo spiritus illi, unde progeniem trahunt, ad Scythorum invidiam egere. Illi vero, qui praeter Maeotidem paludem alium mundum esse penitus ignorabant, admiratione inducti terrae Scythiae, et ut sunt solertes, iter illud nulli ante hanc aetatem notissimum, divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestum edicunt. Scythiam laudant, persuasaque gente

sua, via, quam cerva indice didicere, ad Scythiam properant, et quantoscumque prius in ingressu Scytarum habuere, litavere Victoriae, reliquos perdomitos subegere. Nam mox ingentem illam paludem transiere, illico Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncassos, et Boiscos, qui ripae istius Scythiae insidebaut, quasi quidam turbo gentium rapuere. Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitatis victu, formaque dissimiles, frequenti certamine fatigantes subjugavere».

Después del pasaje transcripto y de decir que el aspecto de los humnos infundía pavor, Jornandes hace una descripción del carácter, cualidades y usos de aquel pueblo, igual a la que el Toledano inserta después de la frase «commoda perturbabat» del fragmento antes copiado. Escribe don Rodrigo, pág. 230 a: «Erat autem eis species pavenda nigridinis, et velut offa incomposita et informis, non plene ut facies figurata, sed habens in facie quasi puncta pro luminibus oculorum, et saevitiam animi torvus prodebat aspectus. Etiam in proles recenter natas impie saeviebant; nam genas earum ferri calidi stigmate figurabant, ut ante vulnus, quam lactis susciperent nutrimenta: exigni quidem forma, sed argutis motibus expediti, ad equitandum promptissimi, latis scapulis, ad arcus sagittasque parati, cervicibus et superbia semper erecti». Y Jornandes, pág. 203 b: «quos erat eis species pavenda nigridine, sed velut quaedam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habensque magis puncta, quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata desaeviunt. Nam maribus ferros gena secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam... Exiqui quidem forma, sed arguti motibus, expediti, et ad equitandum promptissimi: scapulis latis, et ad arcus sagittasque parati: firmic, cervicibus, et in superbia semper erecti».

Del capítulo XLIII de Jornandes sólo toma el Toledano la noticia de que, habiendo atacado Atila a los alanos, acude en auxilio de éstos el visigodo Turismundo y lo vence. Don Rodrigo utilizó el capítulo XLII del *De rebus geticis*, pero agregando detalles (por ejemplo, lo de que Digna se arroja «in Natissam fluvium» desde «altissima turre» en que habitaba, «ne barbarorum ludibrio servaretur»). Aquí también observamos en ambos cronistas frases idénticas o semejantes. Toledano, pág. 231 b: «sed suorum consilio

dissuasus, timuit sibi, ut Alarico, si Romam invaderet, eventurum, qui postquam Romam vastaverat, humanae vitae protinus sensit finem. Dumque inter consilia fluctuaret, venit ad eum cum legatione placida Sanctissimus Leo Papa, in cuius adventu sic furorem deposuit consuetum, ut sui et alii mirarentur: in tantum, ut idem Papa recessum eius ab Italia impetraret. Fuerat enim Attila Dei territus potestate: viderat enim, dum sibi Papa cominus loquebatur alium prope stantem, in similitudine Sacerdotis, tenentem gladium evaginatum, et mortem terribiliter comminantem, si nollet Papae beneplacitis obedire. Cumque suis visionem huiusmodi revelasset, pacem, ut Papa petierat, suaserunt: et in loco, ubi Ticinus Pado flumini admiscetur, ab invicem discesserunt». Y Jornandes, capítulo XLII, 212 b: «Cumque ad Romam animus fuisset ejus attentus accedere, sui eum (ut Priscus refert historicus) removere, non Urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegothorum Regis objicientis exemplum, veriti Regis suis fortunam, quia ille post fractam Romam diu superviverat, sed protinus rebus excessit humanis. Igitur dum ejus animus ancipiti negotio inter ire, et non fiuctuaret, secumque deliberans tardaret, placita ei legatio a Roma advenit. Nam Leo Papa per se ad eum accedit... Qui mox deposito exercitus furore, et rediens qua venerat..., promissa pace, discessit».

21 *Hunnorum, vandal., suev., alan., et siliguorum Historia*, cap. II, pág. 232 a. Lo de que Honoria, hermana de Valentiniano, incita, sirviéndose de un «clandestino eunucho», a Atila a que la pida por mujer, se encuentra, aunque no haya coincidencia literal, en Jornandes, *De rebus geticis*, cap. XLII, 212 b. El pasaje del Toledano que empieza «Igitur Attila Danubium» y acaba «alim repetere mansiones» está inspirado—hay frases iguales o semejantes—en la citada obra de Jornandes, cap. XLIII, 213 a. Lo del sueño del emperador Marciano, la mujer Ildico y la muerte de Atila figura también en el *De rebus geticis*, cap. XLIX, 215 a; pero el Toledano no lo sigue literalmente.

San Isidoro y el Toledano.

San Isidoro de Sevilla es una de las bases de la cultura medieval. Sus obras figuran en las bibliotecas de aquellos siglos, y son citadas con harta frecuencia por los escritores de la época. Alvaro

Cordobés y el Abad Samson, en el siglo IX, aducen repetidamente el testimonio del gran hispalense [1]. Lucas de Tuy, hacia 1236, recoge en su *Chronicon* las seis edades del mundo de San Isidoro y el tratado del mismo santo sobre el origen de los godos, vándalos y suevos, bien que con notables adiciones.

El arzobispo don Rodrigo no iba a ser una excepción. Don Rodrigo no sólo admira a San Isidoro, a quien llama «doctor egregius et praecharus», «chronicorum disertor optimus», «doctor nullius scientiae expers» [2], sino que se sirve ampliamente de las *Etimologías* y sobre todo de la *Historia de regibus gothorum, wandalorum et suevorum.* Abramos la *Historia gothica*, conocida también con los títulos de *De rebus Hispaniae historiae* y *Rerum in Hispaniam gestarum chronicon.* En el libro I hallamos que varios pasajes, cap. II, pág. 6 b y 7 a; cap. III, pág. 7 a; cap. V, pág. 9 b están inspirados en las *Etimologías*, lib. IX, cap. II; lib. XIV, cap. IV; iib. XV, cap. I, puesto que coinciden sustancialmente y hasta ofrecen semejanzas verbales [3]. Veamos un caso.

Dice el Toledano (lib. I, cap. II, pág. 6 b y 7 a): «Porro fllii Gomer Assenec, à quo Rhegini Calabriae, Isidorus Ascenez à quo Sarmatae, sive Sauromatae..., quos Graeci Rheginos vocant...: et Riphat, à quo Paphlagones...: et Thogorma, à quo Phryges... Filii autem Iavan Elisa, à quo Graeci, qui Aeolidae dicuntur: Tharsis, à quo Cilices, qui Ciliciam habitarunt, quorum metropolis Tharsus: Cetim, à quo Citiaei, Isidorus Cyprii, et secundum hoc Cyprus a filiis Iaphet, non filiis Sem provenit, quorum civitas Citium dicitur: Dodanim, à quo Rhodii, quorum civitas Rhodus dicitur... De Magog Scytae, qui et Massagetae appelantur, et Gothi secundum Isidorum, Vandali, Suevi, Alani atque Hunni. De Madai Medi, à quibus Media nomen sumpsit... De Iavan Iones, qui et Graeci, a quibus Ionium mare». Y San Isidoro *(Etimologías*, lib. IX, cap. II)

---

1 Alvaro Cordobés, *Liber epistolarum*, epist. IV, 16, pág. 114; 21, pág. 117; 33, pág. 127; epist. V, 9, pág. 140. Abad Sansom, *Apologeticus* lib. I, cap. VI, 3, pág. 359-60; cap. IX, 1, pág. 371; lib. II, cap. I, 3, pág. 391; cap. VIII, 3, pág. 414. Ambas obras en *España Sagrada*, t. XI.

2 *Historia gothica*, o *De rebus Hispaniae*, lib. II, cap. XVII, pág. 40; *ibidem*, lib. I, cap. IX; pág. 13; *ibidem*, lib. I, cap. IX, pág. 13.

3 Cito por la edición: *Divi Isidori Hispal. Episcopi Opera Philippi II Cathol. Regis Ivssu Evetvstis Exemplaribvs Emendata. Matriti, ex Typographia Regia. CIↃ. IↃ. XCIX;* pero a cada cita acompaña entre paréntesis el lugar correspondiente en esta otra edición de San Isidoro: *San Isidori Hispalensis episcopi hispaniarum doctoris opera omnia denus correcta et aucta recensente Faustino Arevalo... Auctoritate et impensa emineniss. principis D. Domini Francisci Lorenzanae S. R. E. Presbyt. Cardinal. Archiep. Tolet. Hispaniar. primatis et generalis inquisitoris.*

escribe: «Filii Gomer... Aschanaz, a quo Sarmatae, quos Graeci Reginos vocant. Riphath, a quo Paphlagones. Thogorma, a quo sunt Phryges. Filii Iavan Elisa, a quibus Graeci Elisari qui vccantur Aeolides... Tharsis, a quo Cilices, ut Iosephus arbitratur: unde et metro polis civitas eorum Tharsus dicitur. Cethim, a quo Citii, i. Cyprii, a quibus hodieque urbs Citium nominatur. Dodanim, a quo Rhodii... Magog, à quo quidam arbitrantur Scythas et Gathos traxisse originem. Madai, à quo Medos existere putant... Iavan, à quo Iones, qui et Graeci: unde et mare Ionium.»

Hay en este mismo libro I de la *Historia gothica* otros pasajes en que la relación de dependencia con San Isidoro es más clara, más íntima. Son los siguientes: *Historia gothica*, cap. IX, páginas 14 $_{a}$-15 $_{a}$, procedente de San Isidoro, *Hist. de reg. goth. wandal. et suevorum*, fol. 160-62 (núms. 2 y 3, pág. 109, y núms. 66, 67, 68, 69 y 70, págs. 129-30); *Hist. goth.*, cap. XVII, pág. 22 $_{a}$, derivado de S. Isidoro, *op. cit.*, fol. 155 (núm. 14, págs. 109-10); *Hist. goth.*, cap. XVIII, pág. 22 $_{a-b}$, correspondiente con San Isidoro, *op. cit.*, fol. 155 (número 5, pág. 110).

Estos pasajes los escribió el Toledano con el texto de San Isidoro a la vista. Lo sigue con fidelidad, literal unas veces, y otras introduciendo algunas modificaciones, ya en lo tocante al contenido (pequeñas supresiones y adiciones de detalle), ya en lo que se refiere al estilo (sustitución de vocablos, alteración en la estructura de la frase, cambio del caso de los nombres o del modo, el tiempo o la persona de los verbos). Fijémonos, por ejemplo, en el pasaje (lib. I, cap. IX, págs. 14 $_{a}$-15 $_{a}$): «Interpretatio antem nominis eorum est lingua nostra fortitudo, et re vera; nullius enim gentis strenuitas ita regnis et imperiis se obiecit... Hos Alexander vitandos docuit, Pyrrhus pertimuit, Caesar exhorruit. Cum Pompeius pro arripiendo Reipublicae principatu contra Iulium Caesarem arma movit, et isti ceteris fortius dimicarunt. Thraciam irruere, Italiam vastavere, Romam ceperunt, Veronam aedificarunt nomen imponentes, quasi una Roma in odium Romanorum, et Gallias sunt aggressi, Hispanias sunt adepti, ibique apud Toletum sedem vitae et imperium locavere... Hos omnes Europae populi tremuerunt. Alpium obices his cesserunt. Post exterminium Scythiae gens Vandalica a Pannonia non tam eorum praecentia fuit trita, quam opinione fugata. Eorum impetu Alani sunt extincti. Suevi inter confractuosos

Hispaniarum angulos eorum armis periculum finis sunt experti, et regno quod desidiose tenuerant, turpiori dispendio caruere. Libertatem semper bello quam pace potius servavere. In bellandi necessitate vires precibus praetulere, et in armis spectabiles, hastis et iaculis, arcubus et sagittis, ensibus atque clavis, equestri et pedestri proelio confligebant: cura tamen equorum carior illis fuit: talis et iaculis pro recreatione praeludere affectabant. Ludorum certamina usu gerebant in armorum experientia. Solo navalis exercitio caruerunt usque ad tempora Sisebuti, sub quo ad tantam gloriam pervenerunt, victoriarum insignibus non solum terras, sed et ipsa maria subsulcarint. Fuere antem magnanimi, et audaces, et naturaliter ingenio faciles, et subtiles, in proposito providi, et constantes, gestu et habitu approbandi, viribus pollentes, statura ardui et proceri, duri vulneris, manu prompti, corpori validi, membris apti, dispositione compositi, et coloris albi».

¿No coincide con este de San Isidoro, *op. cit.*, fol. 160-62 (2 y 3, pág. 109 y núms. 66-70, págs. 129-30)? «Interpretatio autem nominis eorum in linguam nostram tecti, quo significatur fortitudo: et re vera, nulla enim gens in orbe fuit, quae Romanum Imperium adeo fatigaverit, ut hi. Isti enim sunt quos etiam Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertinuit, Caesar exhorruit... dum pro arripiendo reipublicae Imperio Gn. Pompeius et C. Iulius Caesar arma civilia commovissent: Gothi, ad praebendum Pompeio auxilium, in Thessaliam adversus Caesarem pugnaturi venerunt. Ubi dum in Pompei Armeni Scytae, ac reliquae Orientis gentes evocatae adversus Iulium dimicassent, isti prae caeteris Caesari fortius restiterunt... Thraciam irruunt, Italiam vastant, obssesam urbem capiunt, Gallias aggrediuntur, patefactisque Pyrenaeis montibus Hispanias usque perveniunt, ibique sedem vitae atque imperium locaverunt. Populi natura pernices, ingenio alacres, conscientiae viribus freti, robore corporis validi, statura proceritate ardui, gestu habituque conspicui, manu prompti, duri vulneribus, iuxta quod ait Poeta de ipsis: Mortem contemnunt laudato vulnere Getae... Hos Europae omnes tremuere gentes, Alpium his cessere obices. Wandalica et ipsa crebro opinata barbaries, non tantum praesentia eorum exterrita, quam opinione fugata est. Gothorum vigore Alani extincti sunt, Suevi quoque hactenus intra inaccessos Hispaniarum angulos coarctati, etiam eorum armis periculum finis experti sunt, et regno, quod de-

sidioso torpore tenuerunt, turpiori nunc dispendio caruerunt, quamquam tenuisse huc usque valde sit mirum, quo sine experimento defensionis carere potuerunt... His tamen libentos magis de congressione quam de petita contigit pace. Atque ubi sese necessitas bellandi opposuit, vires eos potius, quam preces adhibuisse. Porro in armorum artibus spectabiles satis sunt, et non solum hastis, sed et iaculis equitando confligunt. Nec equestri tantum proelio sed et pedestri incedunt: verumtamen magis equitum praepeti cursu confidunt, unde et Poeta: Getes, inquit, quo pergit equo. Exercere enim se telis ac praeliis praeludere maxime diligunt. Ludorum certamina usu quotidiano gerunt. Hac sola tantum armorum experientia huc usque carebant, quod classica bella in mari gerere non studebant. Sed postquam Sisebutus Princeps caelesti gratia regni sumpsit sceptra, eius studiis ad tantam felicitatis virtutem profecti sunt: ut non solum terras, sed et ipsa maria suis armis adeant, subactusque serviat illis Romanus miles, quibus servire tot gentes et ipsam Hispaniam videt».

Otros dos casos: Toledano, cap. XVII, pág. 22 a: «Romani autem Claudium Augustum, pro eo quod tam fortissimam gentem a finibus Reipublicae removisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in Capitolio auream statuam collocarunt». Y S. Isidoro, *op. cit.*, fol. 155 (núm. 4, págs. 109-10): «Romani antem Claudium Augustum pro eo, quod tam fortissimam gentem a finibus reipublicae removisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in capitolio auream statuam collocaverunt».

Toledano, cap. XVIII, pág. 22 a-b: «Tunc Gothi Sarmatarum regionem aggressi, copiosissimis super Romanos agminibus irruere, et vehementi virtute cuncta depraedatiooe et gladio vastavere. Adversus quos Constantinus aciem instauravit, ingentique certamine Danubium compulit pertransire, de diversis gentibus virtutis gloria clarus, sed de Gothorum victoria amplius gloriosus, quem Romani acclamante senatu laude sunt publica prosecuti, quod tantam gentem vicerit, quod patriam Reipublicae reformarit». Y San Isidoro, *op. cit.*, fol. 155 (núm. 5, pág. 110): «Gothi Sarmatarum regionem aggressi copiosissimis super Romanos irruerunt agminibus, vehementi virtute cuncta gladio et depraedatione vastantes. Adversus quos idem Constantinus aciem instruxit, ingentique certamine vix superatos ultra Danubium expulit, de diversis gentibus virtutis

gloria clarus, sed de Gothorum victoria amplius gloriosus. Quem Romani acclamante senatu publica laude prosequuti sunt, quod tantam gentem vicerit, quod patriam rempublicam reformaverit».

Algo análogo a lo que hemos visto en el libro I podemos observar en el libro II de la mentada *Historia gothica*.

1) Cap. I, págs. 23 a-24 b. Corresponde a San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. Wandal. et suevorum*, fol. 155 (números 6, 7 y 8, páginas 110-11), salvo alguna modificación verbal y una intercalación. Dice el Toledano, pág. 23 a-b: «Primus Gothorum gentis administrationem suscepit Athanaricus Aera CCCLXXXI et regnavit annis XIII; qui persecutione crudelissima adversus fidem commota, contra Gothos qui in gente sua christiano nomîne censebantur, caedes caepit, ex quibus plurimos qui nolebant idolis immolare, fecit martyres, reliquos autem multis persecutionibus afflictos dum interficere prae multitudine abhorreret, dedit licentiam in Romanorum provinciam transmigrare». Y San Isidoro, *op. cit.*, fol. 155: «primus Gothorum gentis administrationem suscepit Athanaricus regnans annos XIII, qui persecutione crudelissima adversus fidem commota, voluit se exercere contra Gothos, qui in gente sua Christiani habebantur, ex quibus plurimos, qui idolis inmolaré non acquieverunt, martyres fecit: religuos autem multis persecutionibus affectos, dum pro multitudine horreret interficere, dedit licentîam, îmmo magis coegit de regno suo exire, atque in Romani soli migrare provincias».

Después viene un pasaje intercalado, que empieza «Verumtamen Fridigernus» y acaba «et est littera quae dicitur Toletana» (Toledano, pág. 24 a); luego el arzobispo don Rodrigo sigue copiando a San Isidoro. El Toledano termina así el capítulo (pág. 24 b): «cuius blasphemiae malum per decessun temporum, Regumque successum annis pluribus tenuere; qui tandem salutis suae reminiscentes, et inolitam perfidiam detestantes, ad unitatem catholicae fidei redierunt». Y San Isidoro, *op. cit.* fol. 155: «Cuius blasphemîae malum per decessum temporum, Regumque successum annis CCXIII tenuerunt. Qui tandem veminiscentes salutis suae, renuntîaverunt inolîtae perfidiae et per Christi gratiam ad unitatem fidei Catholicae pervenerunt».

2) Cap. II, pág. 24 b-25 b. Don Rodrigo mezcla aquí a Jornandes con San Isidoro. Del gran hispalense proceden los párrafos que a continuación se indican. Toledano: «Gothi qui primum Christia-

nos a sedibus suis expulerunt, rursus ab Hunnis et ipsi cum Athanarico et Fridigerno suis Regibus sunt expulsi: transito Danubio, cum vim ferre non possent, Valentis Imperatoris imperio armis depositis se dederunt. Sed ubi viderunt se opprimi a Romanis contra consuetudinem libertatis, rebellia tractaverunt... saucius ipse [l. e. *el emperador Valente]* fugit, ignorantibusque quod Imperator in tam vili casella delitesceret, Gothis ignem, ut assolent, apponentibus, cum regali pompa crematur: et merito ipse ab eis temporali crematur incendio, qui tam pulchras animas aeternis ignibus tradiderat concremandas. Invenere antem Gothi illo proelio confessores priores ex Gothis, quos dudum propter fidem a suis finibus expulere, et voluere eos participes fieri praedae suae, qui cum acquiescere noluissent, fuere ex eis aliqui interfecti, alii montuosa loca tenentes sibi refugia construxere, et non solum perseveratione Christiani catholicae, sed et in concordia Romanorum a quibus dudum excepti fuerant, permansere». Y San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. wandal. et suevorum,* fol. 155-56 (núms. 9 y 10, págs. 111-12): «Gothi qui primum Christianos a terra sua expulerant, rursus ipsi ab Ugnis cum rege suo Athanarico expulsi sunt, transitoque Danubio, cum vim ferre non possent Valentis Imperatoris, sese non depositis armis tradunt, et Thraciam ad inhabitandum accipiunt. Sed ubi viderunt se opprimi a Romanis contra consuetudinem propriae libertatis ad rebellandum coacti sunt. Thraciam ferro incendiisque depopulantur, deiectoque Romanorum exercitu ipsum Valentem iaculo vulneratum in quadam villa fugientem succenderunt, ut merito ipse ab eis vivus temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus aeternis tradiderat. Invenerunt antem eo proelio Gothi confessores priores Gothos, quos dudum propter fidem a terra sua expulerant, et voluerunt eos sibi ad praedae societatem coniungere. Qui, eum non acquivissent, aliquanti interfecti sunt. Alii montuosa loca tenentes et refugia sibi qualiacumque construentes, non solum perseveraverunt Christiani catholici, sed etiam in concordia Romanorum, a quibus dudum excepti fuerant, permanserunt».

3) Cap. IV, págs. 26 b-27 b. También aquí el Toledano combina a San Isidoro con Jornandes. De la *Hist. de reg. Goth. wandal. et suevorum,* de San Isidoro, derivan los siguientes pasajes del arzobispo Don Rodrigo (págs. 26 b-27 a): «Defuncto igitur Athanarico Aera CCCCXIIII, attendentes Gothi Theodosii benignitatem, Ro-

mano imperio se dedere, fuereque sine Rege XXVIII annis... Mox Gothis increvit fastidium, verentibus ne longa pace eorum strenuitas solveretur, et iudicarunt indignum se Romanorum subditos potestati, eosque sequi quorum leges et imperium contempsere, et quos in proelio saepius devicerunt. Sed dum Regem eligere procurarent, anno XI Arcadii et Honorii Aera CCCCXXIII in Radagaso et Alarico divisi, se variis caedibus lacerarunt. Tandem in concordiam veniunt ob excidium Romanorum, et pari intentione uniforme consiliunt inierunt, ut ambo pariter corregnarent, Alaricus tamen potior haberetur, et ad depraedandas Italiae regiones ad invicem dividuntur... Sed Radagasus genere Scytha, cultui idololatriae deditus, barbaricae inhumanitatis feritate saevissimus, cum ducentorum armatorum millibus Italiae partes vastatione aggreditur vehementi, spondens in contemptum Christi Diis suis Romanorum sanguinem immolaturum. Cuius exercitus ab Stilicone duce Romano in montuosis, locis Tusciae circumclusus, fame est potius quam ferro consumptus, ipse postremum Rex captus et interfectus. Quo extincto, consors regni alacrius coepit regnare solus, nomine quidem Christianus sed haereticus professione. Qui dolens tantam multitudinem Gothorum extinctam...». San Isidoro, *op. cit.*, fol. 156 (núms. 11, 12, 14, 15, págs. 112-13), había escrito: «Gothi autem, proprio Rege defuncto, aspicientes benignitatem Theodosii Imperatoris, inito foedere, Romano se imperio tradiderunt et fuerunt cum Romanis XXVIII annis... indignum iudicantes Romanae esse subditos potestati eosque sequi, quorum iam pridem leges imperiumque respuerant, et de quorum se societate proelio triumphantes averterant... Aera CDXXXVII anno Imperii Honorii et Arcadii quarto, Gothi in Alarico et Radagaiso divisi, dum semetipsos in duabus regni partibus variis caedibus lacerarent, ob excidium Romanorum concordes effecti, consilium in commune constituunt, parique intentione ad praedandas quascunque regiones. Italiae ab invicem dividuntur... Rex Gothorum Radagaisus genere Scytha, cultui idolatriae deditus, barbaricae immanitatis feritate saevissimus, cum ducentis armatorum millibus Italiae partes vehementi vastatione aggreditur, spondens in contemptum Christi Romanorum sanguinem Diis suis libare, si vinceret. Cuius exercitus ab Stilicone duce Romano in montuosis locis Thusciae circumclusus, fame est potius quam ferro consumptus. Ipse postremum rex captus et interfectus

est... extincto Radagaiso Alaricus consors regni, nomine quidem Chrisiianus, sed professione haereticus, dolens tantam multitudinem Gothorum a Romanis extinctam».

4) Cap. V, pág. 27 b-28 b. Procede salvo algunos pasajes derivados de Jornandes y de Paulo Diacono, de la *Hist. de reg. Goth: Wandal, et suevorum*, de San Isidoro, fol. 156-57 (núms. 15, 16, 17, pág. 113). El Toledano sigue a San Isidoro casi a la letra, variando sólo algunas palabras y giros. San Isidoro se inspira a su vez en Orosio, *Historiarum*, lib. VII, cap, XXXIX.

Para la *Hunnorum, Vandalorum, Suevorum, Alanorum et Silinguorum Historia*, el arzobispo don Rodrigo se sirvió ampliamente del tantas veces mencionado trabajo de San Isidoro sobre los reyes godos, vándalos y suevos. Veámoslo.

1) Cap. IV, pág. 233 a-b. Pudo tener presente el Toledano a Orosio, *Historiarum*, lib. VII, cap. XL. 576-77, y a San Isidoro, *Historia de reg. Goth. Wandal. et suevorum*, fol, 163 (núm. 71, pág. 130). San Isidoro se ha inspirado en el texto de Orosio y, como entre el Toledano y el gran Hispalense hay semejanzas de frases, habrá que sospechar que el segundo fué la fuente inmediata del primero. Dice el Toledano: «Didymus et Veranianus, ambo fratres, de nobilioribus et potentioribus Romanorum,.... a transitu sunt repulsi, et tribus annis per provincias Galliae vagabundi....: sed praedicti fratras qui claustra Pyrenaei patenti praesidio tuebantur, fuerunt apud Constantinum Caesarem accusati, quasi rebellione Eugenii consensissent; sed licet innoxii et insontes, a Constantino Caesare sunt occisi». Y San Isidoro, *doc. cit.* supra: «Didymum et Veraniamum Romanos nobilissimos, ac potentissimos fratres.... ab Hispania tribus annis repulsi, per circumiacentes Galliae provincias vagabantur. Sed postquam iidem fratres, qui privato praesidio Pyrenaei claustra tuebantur, ob suspicionem tyrannidis insontes, et nulla culpa obnoxii a Constantio Caesare interfecti sunt».

2) Cap. V, pág. 233 b-234 a. Tuvo presente a San Isidoro, *Historia de reg. Goth. Wandal. et suevorum*, fol. 163 (núms. 72, 73, páginas 13 a-31), desde «Wandali, Alani et Suevi Hispanias ocupantes» hasta «servituti subiiciunt». Hay frases iguales en uno y otro autor.

3) Cap. VI, pág. 234 a-b. También utilizó la mencionada *Historia de reg. Goth. Wandal. et suevorum* de San Isidoro, fol. 157

(núms. 21, 22, pág. 115), desde «Itaque ad Hispanias per Constantinum patricium evocatus» hasta «relictiis Hispaniis, Gallias repetit», y fol. 163 (núm. 73, pág. 131), desde «Primus antem in Hispania Gundericus Rex Wandalorum» hasta «Dei iudicio in foribus templi daemonio correptus interiit». Hay coincidencias y semejanzas de frase. Claro es que el Toledano trae detalles que no figuran en San Isidoro.

4) Cap. VII, págs. 235 a-36 a. Para parte de este capítulo el Toledano tuvo presente a San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. wandalorum et suevorum*, fol. 163 (núms. 74, 75, págs. 131-32), desde «Gisericus» hasta «habitacula iussit». He aquí algunas coincidencias de palabra.—Toledano: «cum omnibus Vandalis, eorumque familiis, relictis Hispaniis, ad Africam transfretavit»; San Isidoro: «cum Wandalis omnibus, eorumque familiis ad Mauritaniam et Africam, relictis Hispaniis, transfretavit».—Toledano: «Valentinianus Iunior qui occidentali imperio praeerat... timuit ne totam Africam subiugarent, et cum obsistere non valeret, per Trigerium pacem misit, et partem Africae... concessit eis pacifice possidendam, conditionibus interpositis, ne quid ultra invaderent de imperio Romanorum»; San Isidoro: «Valeentinianus Iunior Occidentis Imperator non valens obsistere; pacem mittit, et partem Africae quam Wandali possiderent, tanquam pacifice dedit, conditionibus ab eo sacramenti acceptis, ne quid ultra invaderet».—Toledano: «per totam Africam Arianam haeresim seminavit, quod loca sacra... in habitacula suis domesticis conferebat»; San Isidoro: «Arianam pestilentiam per totam Africam intromittit... Nec iam divini cultus loca, sed suorum esse habitacula iussit».

5) Cap. VIII, págs. 236 a-37 a. Lo correspondiente a la página 236 a, desde el principio hasta «non contentus Africae et Siliciae vastatione, aggressus est patriam Romanorum», está inspirado en San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. wandal. et suevorum*, fols. 163-64 (núm. 76, pág. 132), desde «Adversus quem Theodosius» hasta «Gisericus non contentus solis Africae vastationibus, navibus advectus Romam ingreditur». Hay entre ambos textos coincidencias y semejanzas verbales.

Del resto del capítulo algunas frases proceden del citado lugar de San Isidoro. Toledano, pág. 236 b: «et Christiani Valentiniani Eudoxiam relictam, et duas filias duxit captivas, cum multis milli-

bus captivorum»; San Isidoro, fol. 164 (núm. 77, pág. 132): «relictam Valentiniani et filias eius, et multa millia captivorum secum tulit.—Toledano, pág. 237 $_{a}$: «et mox misit nuncios ad Theodosium qui praeerat Orienti, et pace firmata, remisit ei honorifice Valentiniani relictam, et unam filiam, alteram retinens suo filio Hugnerico»; San Isidoro, fol. 164 (núm. 77, pág. 132): «et per legatos ab Imperatore, postulata pace, Valentiniani relictam Constantinopolim remittit: quarum unam ex filiabus suis filio suo Hugnerico iure matrimonii copulavit».

6) Cap. IX, pág. 237 $_{a-b}$. Todo él procede casi a la letra de San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. wandal, et suevorum*, fol. 164 (núm. 78, pág. 133), desde «post Gisericum Ugnericus Giserici filius regnat annis VII mensibus V» hasta «octavo regni anno... miserabiliter vitam finivit».

7) Cap. X, págs. 237 $_{b}$-238 $_{b}$. Ofrece semejanzas y coincidencias con San Isidoro. *Hist. de reg. Goth. wandal. et suevorum*, folio 164 (núms. 80, 81, 82, 83, 84, págs. 133-134), desde «Ugnerico succedit Guntamundus» hasta «permansit CXIII annis a Gunderico Rege usque ad Gilimiri interitum». Esta es, indudablemente, la fuente del Toledano.

8) Proceden también de la *Hist. de reg. Goth. Wandal. et suevorum*, de San Isidoro, los capítulos XII a XIV de la *Hunnorum, Wandalorum, suevorum, alanorum et silinguorum Historia*, del Toledano. Obsérvanse semejanzas, analogías y coincidencias verbales y de sentido entre ambos textos.

El cap. XII, pág. 239 $_{a-b}$, del Toledano, procede la citada obra de San Isidoro, fol. 164-65 (núms. 85, 86, págs, 134-35), desde «Suevi, Principe Hermerico» hasta «atque inde Emeritam, sub cultu, ut ferunt, gentilitatis vitam finivit».

De los dos capítulos numerados XIII del Toledano, el primero, págs. 239 $_{b}$-240 $_{a}$, se relaciona con San Isidoro, *op. cit.*, fol. 165 (núm. 87, pág. 135), desde «Recchiarius Recchilanîs filius» hasta «captus occiditur»; y el segundo, págs. 240 $_{a}$-241 $_{b}$, con el fol. 165 (núms. 88, 89, págs. 135-36) de la mencionada obra isidoriana, desde «extincto Recchiario» hasta «regionibus instituta».

Toledano, cap. XIV, pág. 241 $_{a-b}$, hay que ponerlo en relación con Isidoro, fol. 165 (núms. 91, 92, págs. 136-37) desde «Post Theudemirum Miro» hasta «mansisse CLXXVII annis scribitur.»

También en la *Historia romanorum*, del arzobispo don Rodrigo, descubrimos la huella de San Isidoro. Dice el Toledano. cap. X, pág. 221 b: «et in hoc exercitu Gothi, Aethiopes, Indi, Persae, Medi, Graeci, Armeni, Scythae, ac reliquae Orientis gentes in Pompeii auxilium advenerunt. Cumque adinvicem decertassent, Gothi ceteris fortius restiterunt; quorum Caèsar virtute et copia conturbatus, fertur fugae ignominiam cogitasse, nisi noctis subsidium timori et proelio succurrisset, et sequenti die metu in invicem recesserunt, Tunc Caesar ait: Nec Pompeium scire vincere, nec Caesarem posse vinci. Nam si Pompeius vincere nosset, hodie cum tam asperrimis viris Caesarem superasset», Y San Isidoro, *Hist. de reg. Goth. wandal et suevorum*, fols. 154-155 (núm. 3, pág. 109): «Gothi, ad praebendum Pompeio auxilium, in Thessaliam adversus Caesarem pugnaturi venerunt. Ubi dum in Pompeii exercitu Aethiopes, Indi, Persae, Medi, Graeci, Armeni, Scythae, ac reliquae Orientis gentes avocatae adversus Iulium dimicassent, isti prae caeteris Caesari fortius restiterunt. Quorum Caesar copia et virtute turbatus, fertur fugam meditatus esse, nisi nox proelio finem dedisset. Tunc Caesar ait: nec Pompeium scire vincere, nec Caesarem posse vinci. Nam si Pompeius vincere nosset, hodic cum tam asperis viris Caesarem superasset».

EMILIO ALARCOS.